

*A*

**DE DISCIPLINA . ET . ARTE . Ca . i .**

**D**ISCIPLINA . A DISCENDO .  
NOMEN . ACCEPIT . VNDE .  
ET . SCIENTIA . DICIPOTEST  
Nam & scire dictum a discere . quia nemo  
nostrum scit nisi quod discit . **A**lter dicta  
disciplina . quia discitur plena . **A**rs vero  
dicta e . q . artis pceptis regulisq . consistat .

**A**lii dicunt a graecis hoc tractum esse vocabulum a potesartes .  
id est a virtute quam scientiam vocauerunt . **I**nter artem & disci-  
plinam . **P**lato & . **A**ristoteles hanc differentiam esse voluerunt .  
dicentes artem esse in his que se & aliter habere possunt . **D**isci-  
plina vero est que de his agit que aliter euenire no . possunt . **N**am  
quando veris disputationibus aliquid differitur . disciplina erit .  
qn aliquid verisimile atq . oppinabile tractat . nome artis habet

**De . Septem liberalibus disciplinis . Ca . ii .**

**D**iscipline liberalium artium . **S**eptem sunt . **P**rima  
**G**rammatica id est loquendi peritia . **S**ecunda . **R**he-  
thorica . que propter nitorem & copiam eloquentie sue  
maxie in ciuilibus questionibus necessaria existimat . **T**ercia  
**D**ialectica . cognomento logica . q . disputationibus subtilissimis  
vera fecernit a falsis . **Q**uarta . **A**rithmetica . que cotinet nume-  
rorum causas et diuisiones . **Q**uinta . **M**usica . que i carminibus  
cantibusq . consistit . **S**exta . **G**eometrica . que mensuras dimen-  
sionesq . coplectit . **S**eptia . **A**stronomia . q . cotinet lege astroru

**De . Litteris communibus . Ca . iii .**

**P**rimordia grammaticae artis littere omnes existunt  
quae librarij & calculatores sequunt . **Q**uaru disci-  
plina velut quedam grammaticae artis infantia est .  
**V**nde & eam . **V**arro litterationem vocat . **L**ittere autem sunt in-  
dices rerum . signa verboru . quibus tanta vis est . ut nobis dicta  
absentium sine voce loquantur . **V**sus litterarum repertus est  
propter memoriam rerum . **N**am ne obliuione fugiant . litteris